



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 20. Plures Sacrarum Congregationum decisiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

vit exemptiones a vectigalibus, aliis- **Sæc. XVII.**  
que publicis oneribus. Insuper die **A. C. 1691.**  
**duodecima** ejusdem Mensis indixit  
Jubilæum universale: die **vigesima** ejus-  
dem Mensis præcepit, ut Clerici &  
Presbyteri incedant in habitu & ton-  
sura, nec aliter celebrare permittan-  
tur, Sacrum vero non nimis prope-  
ranter peragant, nec in ædibus Cano-  
nicalibus mulieres habitare permittant,  
demum die prima Decembris omnes  
Regulares Apostatas ad redditum invi-  
tavit, ac poenas condonari præcepit.

### §. XX.

#### *Plures Sacrarum Congregationum decisiones.*

**D**ie decima tertia Januarii **Sacra Decis. SS.**  
Concilii Congregatio declaravit, **Congr. Con-**  
quod Capellanus seu Beneficiatus, cui **cil. Rit.**  
reperitur injunctum, quod celebret an-  
nue unum Anniversarium quindecim **Epist. &c.**  
vel viginti Missarum pro Anima Fun-  
datoris, non teneatur curare, ut ce-  
lebretur Missa cantata, quia nisi aliud  
exprimatur in fundatione, tale An-  
niversarium intelligitur de hisce Missis  
privatis eadem die anniversaria cele-  
brandis in loco, ubi Capellano bene-  
volum fuerit. Ejusdem Mensis die de-  
cima nona Episcoporum Congregatio

D 3                    deci-

Sæc. XVII. decidit, quod Regulares in suis sup  
A. C. 1691. plicationibus non possint, nec debeant  
ducere puellas habitu fictitio Angelorum,  
& quod famuli, famulæque Monialium etiam exemptarum nullum ha-  
beant privilegium, sed teneantur ad  
præceptum Paschale in Ecclesia Paro-  
chiali, in qua (alibi Sepultura no-  
electa) sepeliantur, & infirmi a Parochi-  
Sacramento recipient, & ad sepultu-  
ram assidentur, non vero a Monia-  
lium Confessario. Congregatio autem  
Immunitatis die secunda Julii statuit  
ut absolutio a censuris ob violatam im-  
munitatem, libertatem, & Jurisdic-  
tionem Ecclesiasticam incursis ita summo  
Pontifici sit reservata, ut vacante sede  
Apostolica, desit potestas absolvendi.  
Decrevit quoque S. Rituum Congre-  
gatio die undecima Augusti, quo  
quævis dies octava B. V. debeat ha-  
bere integras utrasque vesperas in con-  
currentia Officii duplicis minoris: Con-  
cionator autem debeat prius salutare  
Canonicos, quam Gubernatorem Ci-  
vitatis: denique officia Sanctorum ra-  
tione Corporis aut insignis Reliquiarum  
recitanda, intelligantur de Sanctis  
duntaxat in Martyrologio Romano de-  
scriptis: in feria sexta autem post octa-  
vam Ascensionis fieri possit de officio  
semiduplici translato. Eadem S. Con-  
gregatio

gregatio die decima quinta Septem-  
bris declaravit, quod dignitates, & A.C. 1691.  
Canonici semper teneantur in Missis  
solemnibus, & Conventualibus præ-  
cipue in diebus festis ex obligatione  
Capitulari assistere sibi metipsis grada-  
tim in ministerio Sub - & Diaconi:  
Decidit quoque S. Concilii Congrega-  
tio die decima quarta Novembris,  
quod danda sit dispensatio irregulari-  
tatis contractæ celebranti cum vin-  
culo excommunicationis latæ contra  
formam Conciliorum. Eiusdem Men-  
sis die decima septima declaratum,  
quod Parochi Ecclesiarum filialium te-  
neantur accedere ad Benedictionem  
fontis, & ad recipiendum oleum San-  
ctum in die Sabbati Sancti.

### §. XXI.

#### *Quorumdam Eruditorum libri & decessus.*

Du Pin  
licis hoc anno obiere, lucubratio- nouv. Bibl.  
nes recensere lubet: Hos inter primus tom. 18.  
erat Antonius Josephus Mega Bene- pag. 208.  
dictinus ex Congregatione S. Mauri,  
qui edidit S. Gertrudis Virginis, &  
Abbatissæ Ord. S. Benedicti insinua-  
tionum divinæ pietatis exercitia, Pa-  
raphrasin Psalmorum cum synopsi vitæ

D 4

S. Da-